



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

11 De testibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

in iudicio, sponte in presentia partis, de A quibus etiam vide Chassaneum ad §. 12. de retrahit. ad verba, & par le serment, nume. 1. & seq. in consuetud. Burgundia, censetur hac confessio antestare probationi testium vel aequalis illi, l. qui de inofficiosi, & l. Titia. soluto matri. P.

r l. 2. C. de in ius vocan. l. cum te, C. de transf. act. c. quoniam per confessionem, de priuileg. nec tunc opus est testibus, ubi adest confessio. l. illam, ibi, quid opus est testib. B de testib. C.

s cap. cum causam, 13. de probatio. can. plures, 16. q. 1.

t ca. fin. de probatio. c. causam qua, de testib. sic attestations in vno iudicio recepta, valent in alio, §. quoniam multa, de testib. in nouellis. l. penult. & fin. C. de arbit. l. fin. de testibus. Quod verum intelligo, si inter easdem personas, vel inter succedentes in locum carum, & inter eos, qui alio modo ius habent ab iisdem, agatur, & si ad idem, cap. quamuis, de re iud. & ibi Innocentius, & idem, in ca. causam qua, eodem titul. & Ioannes Andreas ad clem. saepe, de verborum signific. Alioquin fidem non faciunt inter alias personas, c. veniens, de testib. quia res inter alios acta & iudicata aliis praiudicium adferre non solet. rubrica C. res inter alios acta. exceptis casib. notatis ad dictum c. quamuis, de senten. & re iud. vide Rotam decis. 410. si post diffinitiuam, in nouis.

v cap. per tuas, de simonia, c. cum dilectus, de successio. ab intesta. c. preterea, de testib. c. literis, & ca. 3. de presumptio. argumento, quod singula qua non. presunt cummulata iuuant, l. sancimus, C. de testa. l. nec non, §. si quis sapius, ex quibus causis maior. l. iudicia. C. de rei vind.

x Felinus ad c. cum causam, de probatio. col. 4. ubi multa post Bartol. ad l. 1. §. 1. versic. item Cornelia, de questio. & sic iudicatum in camera imperiali refert Mynsinger. centuria 2. observatio. 100.

y c. super eodem, §. §. fin. de eo qui cogn. con-

sanguineam vxor sua, c. tam literis, 23. de testib. §. tua nos, 8. §. si vero publicum, de cohabita. clericor. & mulier. adiuta autem fama aliis iudiciis & argumētis, probandi vim habet. c. cum causam, 13. versic. famam, de probatio. capit. preterea, 27. de testibus.

CAPVT. VI.

Effectus probationis.

Actor, qui plene probauit, non tenetur iurare, a item pro eo, qui melius & magis sufficienter probauit, ferenda est sententia, b alioquin neque ius, neque voluntas defuncti quicquam potest, ybi probatio deficit, c

SCHOLIA.

a c. 2. de probat.

b c. licet, 9. §. ex premissis, de probat. secundum allegata & probata, l. illicitas, §. veritas, de officio presid. P.

c l. 30. de testam. tutel. P.

DE TESTIBVS, a

TIT. XI.

a Agitur de testibus & attestacionibus lib. 2. decretal. tit. 20. libro 2. Sext. tit. 10. lib. 2. clement. tit. 8. & in titulo de testib. cogendis lib. 2. decretalium titul. 21. & titulo vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam, eod. lib. 2. tit. 6. & lib. 22. P. tit. 5. lib. 4. C. tit. 20. in nouell. de testib. 9.

CAPVT I.

Continuatio & quid testes.

VM autem probationes, vt dictum est, aut testibus aut fide tabularum consent, a post tractationem de probatione E in genere, ad speciem & ad testes perueniendum est, postea ad fidem instrumentorum. Testes antiquitus dicebantur, quasi superflites, eo quod super causæ statu producebantur, nunc parte priore nominis ablata, testes vocantur. b

Effff

SCHOLIA.

- a *cap. forus, §. iurgium, vers. probatio, de verborum signific. equiparantur testes & instrumenta in probatione faciendā in l. in exercendis, C. de fide instrumento. & testes veniunt appellatione instrumentorum, l. 1. de fide instrumentorum. P. glossa & interpretes ad l. si ex falsis, de transact. & ad c. peruenit, in 1. de testib. cogen. Lanfrancus ad c. quoniam contra, ad verba instrumentorum productiones, in principio, de probat.*
- b *d. c. forus, §. testes, de verb. sig.*

CAPVT II.

Distinctio testium.

Testium quidam dicuntur comprobantes; quidam singulares, de diuersis separatim testificantes; a quidam contrarii, aut sibi, aut aliis; b quidam falsi, contra veritatem deponentes; quidam corrupti. c Inuenitur & testis superior, Deus; d interior, conscientia cuiusque; e exterior, de quo nos agimus, cum persona testatur, f item testimonium aliud verbo, aliud facti euidencia constat. g

SCHOLIA.

- a *capit. cum dilectus, 32. de electio. vbi nec singulares testes probant, si singuli aliud dicant.*
- b *Qui nec probant. c. licet, 9. §. quanquam, de probat. can. nihilominus, 3. q. 9. cap. si testes, §. item qui falsa, 4. q. 3. can. quod autem, 23. q. 7. c. sollicitudinem, de appellat. l. cum precum, C. de libera. caus.*
- c *c. licet, de probat. vbi contra illorum testimonia ex illis opponitur legitime.*
- d *can. si peccatum, 22. questio. 1. cano. inter verba, 11. q. 3.*
- e *dicto can. inter verba, & can. custodi. 11. quest. 3.*
- f *can. inbemus, de consecra. distin. 1. can. nolo vi, 12. q. 1. can. non sunt, 11. q. 3.*
- g *can. priusquam, 82. distinctio. can. propo-*

A *suis, 28. distin. can. de his vero, 3. q. 2. sic Apostoli dicuntur fuisse testes in tota ludea, opere & sermone, can. existimant, in 11. q. 3.*

CAPVT III.

- 1 *Super quib. testificantur testes; an iterum audiendi.*
- 2 *De quibus interrogati probent.*
- 3 *Quando corrigere possunt testimonium.*

Testis super dubiis generaliter adhibentur. Nam factum notorium non indiget testimonio depositionibus declarari, cum talia probationem vel ordinem iudicarium non exigant, a vt contra testis, qui obscure deposuit, examinandus est iterum, vt veritas habeatur. b Apertis tamen & publicatis testationibus, iidem testes vel alii non sunt recipiendi super eodem articulo, quo iam examinati sunt, metu ne corrumpantur, c & nisi super nouis articulis, d aut (vt dixi) nimium obscure super iisdem antea deposuerunt, quo casu auditionem testium index repetit; e aut si culpa aut dolo examinantis, testes non fuerint de omnibus examinati. f

De his etiam tantum articulis, de quibus diurarunt, se dicturos veritatem, interrogati & deponentes probant, de aliis vero testantes non iurati, deponentes non probant, neque etiam de aliis quam iuratis interrogati deponere non tenentur. g

Potest autem testis in continenti se corrigere, addere, vel diminuere dictis in depositione sua, non autem ex intervallo. h

SCHOLIA.

- E** a *capit. super eo, 3. de testibus cogen. lib. 2. titul. 21.*
- b *c. cum clamor validus, 53. de testib.*
- c *c. fraternitatis, in textu, & glossa. & c. constitutis, in 2. de testib.*
- d *cap. causam que, 19. de testib. elem. 2. eo. titul. Sic distinguit ca. cum venisset, 25. §. penult. & fin. de testibus. Questiones, inquit, alias, super quibus testes fuerint produ-*

produci, & depositiones publicatæ eorum, vel renuntiatum fuerit testibus. hinc inde, nullis aliis ab alterutra parte receptis, secundum tenorem ipsarum mediante iustitia terminetis, si qua vero fuerint quaestiones, super quibus vel testes non fuerint producti, vel renuntiatum iisdem, audiatis, si qua hinc inde proposita fuerint, finem debitum imponentes. Et in cap. serios, 26. eod. tit. potest reus producere testes ad probandum contrarium eius, quod actor probauit, si publicatio attestacionum non est facta, non obstantē consuetudine contraria. Atq; in c. ex tenore, 15. eod. tit. post publicatas attestaciones aduersarius admittitur ad probandum contrarium, si ante publicationem super hac probatione contraria instrui non potuit; ibi enim nouus articulus & noua exceptio esse videtur, & ita testes recipi debent, ut dixi, & probat, l. si quidem, C. de exceptionibus, l. exceptionem, Cod. de probat. c. denique, de exceptio. Super veteri vero articulo, post publicationem non essent recipiendi testes, c. fraternitatis, de testib. Notantur & ad c. de testib. ad verbum publicatæ, de testib. casus tres, in quibus testes publicatis attestacionibus non admittuntur super eodem articulo. c. si renuntiatum sit. 2. si sufficiens facta productio sit. 3. si publicatio sit facta. Dum modo in eodem articulo sit idem modus agendi. Aliter enim aliud dicendum esset existente diuerso modo, ca. veniens, cap. cum in tua, de testib. vel si inter alias personas, de eodem articulo contenderetur, cap. presentium, 3. 1. de testib.

e c. cum clamor, 53. iuncta gloss. de testib.

f c. perinas, 48. eod. tit.

g c. de testib. 29. c. veniens, c. constitutus, de testib. l. si quis libertatem, §. fin. de petitio. hereditaria, l. fin. C. qui legitimam personam standi in iudic. habeat.

h Notatur in cap. cum causam, de testib. per Cynum ad authon. qui semel, de probat. C. Bartol. ad l. eos qui, de fals. debet autem.

qui examinat scribere subius primam depositionem, quod testis redit in continentem, & dixit, quod reduxit in memoriam tale, &c. Massuerius in practica tit. 17. de testib. num. 25. Quando vero in continentem, & quando ex intervallo dicatur testis se ipsum corrigere, docetur in cau. praterea, de testib. cogend. & ibi Panor.

CAPVT IIII.

Qui possunt aut non possunt esse testes.

Generalis est regula, testes admittendos non esse, nisi idoneos & fideles. a tales autem dicuntur, qui non possunt iure reuocari. b Consideranda itaque in testibus, dignitas, mores, grauitas, fidesque. Et persona cuiusque testis exploranda, num decurio, num plebeius, num honestæ aut inculpatae vitæ, an notatus vel reprehensibilis, an locuples, vel egenus sit, ut lucri causa quippiam facile admittat, vel an inimicus ei, aduersum quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat, quorum si suspicione caret, est admittendus. c Testimonium clerici aduersus laicum in criminali nemo recipere debet; d ut neque laici vel eius, qui clericus esse non potest, contra clericum, e exceptis causis electionum, f & grauiorum criminum exceptorum, ut simoniae, g aut nisi suam vel locorum laici prosequantur iniuriam. h Non admittuntur quoque testes ut probati, qui aduersus testationes suas vacillant, i non perituros, k non haereticos, l nisi pro orthodoxo testetur; m non apostata, n excommunicatus o excepta causa haereticis, p non iudicio publico damnatus, q vel ob famosum crimen, r quive ad dicendum vel non dicendum testimonium pecuniam accepit; s qui publici iudicii reus est; t nec is etiam contra quem obiecto crimine excipitur; v non infamis, vilisve persona, x aut qui est litigiosus, seu qui de facili litigat, y quive multum pauper est. z Neque etiam regulariter reus de se confessus crimen, contra confocios criminis au-

ffff 2

ditur accusans aut testimonium proferens, *aa* exceptis quibusdam occultis & grauiorib. criminibus, vt læsæ maiestatis, *bb* hæreseos, *cc* simoniæ, *dd* Non admittendum quoque inimici testimonium, vt dixi, contra inimicum, *ee* nec domestici, familiaris, amicive cognati, & affinis producentis, vel existentis ex numero eorum, quibus is imperare potest. *ff* Non auditur etiam libertus contra patronum, *gg* filius contra patrem, pater contra filium, *hh* neque is, qui ex negotio, pro quo testatur, commodum aut damnum consequi potest. *ii* Non dicit etiam testimonium impubes, *kk* mulier, quæ quæstum corporis fecit palam; *ll* alioquin mulieribus in quibusdam negotiis creditur, in quibusdam minime. *mm* Nemo etiam poterit esse iudex & testis, *nn* nemo quoque in sua causa pro se testari potest, *oo* contra se, poterit. *pp* Quicumque item ad accusandum non admittitur, a testimonio pariter repelleretur. *qq* Sacerdotes pro negotiis secularib. non debent apponi pro testibus, *rr* In testamentis autem presbyter parochianus testantis, cum duobus testib. plenam fidem addit. *ss*

SCHOLIA.

- a** id est, vt sint omni exceptione maiores. c. 1. de testib. can. placuit, 4. q. 2.
b can. si testes, in princip. & §. testium, 4. q. 2. l. 3. de testib. P. si sine suspitione sint omnes erunt admittendi; pro illorum enim fide communiter presumitur, l. 71. §. si testes, de testib. in P. sicut in aliis quilibet bonus presumitur, c. dudum, & c. si de presunt. l. non omnes, §. a barbaris, de remissa. P. & edictum de testibus est prohibitorium, vt qui non prohibentur expresse, admitti debeant. l. 1. de testib. P.
c Hac omnia ponuntur in can. si testes, 3. §. in testibus, & §. testium, 4. quest. 2. in l. 2. & 3. de testib. P. in c. forus, 10. §. si de ver. sig. d. cano. 9. testimonium, 11. q. 1. c. de cetero, 14. de testib.

- A** e d. c. de cetero, & can. beati, §. fin. cum can. seq. 2. q. 7.
f c. tam literis, 33. de elect.
g cap. tanta, de simonia. cap. cum P. de accusatio.
h d. c. de cetero, in fin. de testib.
i dicit. c. si testes, 1. §. in testibus, 4. quest. 2. & l. 2. de testib. P. quia & qui ita dubitat in suo testimonio, & contrarius sibi est, incidit in crimen falsi, l. eos qui, ad leg. Cornel. de fals. P. c. pura, 3. q. 9. l. de minore, in fin. & l. ex libero, in prin. de questio. ca. super, de accusat. ca. vni. vt ecclesiastic. beneficia sine diminut. confera. nisi testes in continentia se correxerint, c. praeerea, 7. §. fin. de testib. cogen. aut si agatur de causis hæresis & testis, qui antea negauerit, postea fatetur. c. accusatus, 8. §. licet, de heret. in Sext. in fidei fauorem, & dummodo aliud testimonium non reiciat.
C k can. constitutus, vers. periuri, 3. q. 5. c. quicumque, 6. q. 1. can. paruuli, §. is qui semel, 22. q. 5.
l c. 1. de heretic. ca. non potest, can. si hereticus, §. orthodoxis, cano. testis, vers. & vera fidei, 2. quest. 7. can. beatus, ca. si quis vero, 3. questio. 4. can. suspectos, vers. qui rellam, 3. quest. 5. & in can. Apostolo, 74. l. quoniam multi, 21. de heretic. C. cum simil. Aliquando tamen hereticus contra hereticum admittitur. d. l. 11. de heretic. c. in fidei fauorem, 5. de heretic. in Sexto. can. si hereticus, 2. questio. 7. hac clare distinguitur in c. 1. illud quoque, nuntiasti, no. uel. 45. vt non liberentur curiali fortuna Iudaei, & c. vt auctore & reo hereticis litigantibus, hereticus testis esse possit; heretico & orthodoxo litigantibus, hereticus in hereticum testis esse possit, at non in orthodoxum; inter orthodoxos vero licet existere, nullo modo testari possit, nisi orthodoxus refugiat munus curia. addit & rubrica dicit. e. no. uel. posse vero, inquit, eos, scilicet Samaritanos & hereticos & Iudaeos, contra orthodoxos, quod subiaceat curiali fortunæ, testimonium prohibere, vt qui

- qui & pro orthodoxa politica recte testi-
monium perhibeant.
- m** d. ca. si hereticus, §. fin. autem orthodoxus,
2. q. 7. §. enimvero. novel. 45.
- n** can. si quis vero, & can. beatus, 3. q. 4.
- o** c. discernimus, §. de sent. excom.
- p** in qua & excommunicatus testatur, ca. in
fidei, de heret. in Sext.
- q** can. fin. §. lege Iulia, 4. q. 2. l. 3. §. lege Iu-
lia, de testib. P. l. athleticas, §. calumniator,
de his qui notant infam. P.
- r** dist. can. fin. §. ob carmen, 4. q. 2. & l. 21. in
prin. de testib.
- s** can. placuit, can. fin. §. lege Iulia, 4. quest.
2. can. si. §. sed non ideo, 1. 4. q. 5. c. 1. ca. sicut
nobis, 9. de testib. l. 3. §. lege Iulia, eo. tit. P.
- t** can. fin. §. in testimonium, 4. q. 2. cap. fin. de
testib. l. 20. eod. tit. P.
- v** ca. testimonium, 5. 4. de testib. debet autem
specifice proponi & declarari crimen ob-
iectum, aliter non admittitur exceptio. ca.
praesentium, §. testis, de testib. in Sex. ca. ut
circa, de elect. in Sex. & ibi gloss. ad verba
omnia & singula.
- x** cano. in primis, §. sed & de personis, 2. q. 1.
cano. praesul, in fin. 2. q. 4. can. testis, 2. q. 7.
can. suspectos, can. constitutus, 3. quest.
5. can. nulli, 1. q. 4. cano. qui crimen, §. te-
stes autem, 6. q. 1.
- y** d. can. suspectos, §. aut facile litigantes, can.
nullus, §. nullus frequenter litigans, 3. q. 5.
- z** can. in primis, §. sed & de personis, 2. q. 1.
can. si. §. testimonium fides, 4. q. 2. l. 3. §. an etiam
egenus, de testib. P.
- aa** cap. 1. de confess. cap. veniens, 10. §. perso-
nas, de testib. can. fin. §. item liberi, 4. q. 3.
can. pen. §. si. & can. fin. 15. q. 3. l. fin. de ac-
cusatio. Cod. vide fulium Clarum, libr. 5.
Sententiarum iuris, §. final. quest. 21. &
Papam, lib. 22. Rhapsod. arrestor. tit. 13.
arrest. 2. & 3.
- bb** d. c. 1. de confess. & d. can. fin. vers. prater-
quam de crimine, 4. q. 3.
- cc** c. in fidei fauorem, 5. de heret. in Sext.
- dd** cum distinctione tamen, num de crimine
simoniacus infamatus sit, ut tunc admit-
- A** tatur non aliter, cap. veniens, & ibi gloss. de
testib. c. 1. eod. tit. in Sext. c. si quis Papa, §.
propter occultas, 79. dist.
- ee** inimici conspiratores reiciuntur, nec pro-
bant, cap. cum I. & A. 22. de sententia &
re iudica. cap. per tuas, 2. & c. licet Heli, de
Simoniac. cap. cum oporteat, ubi ratio de
accusatio. cap. in primis, §. sed & de perso-
nis, 2. quest. 1. & in principio 3. questio. 5.
vers. & quod vox, & can. accusatores, &
testes, can. suspectos, in prin. ca. omnes, in fi.
ca. 3. quest. 5. ca. conspiratorum, & ca. con-
iurationum, 11. questio. 1. l. 3. de testib. P.
videbit autem index, an tales inimicitiae
sint quae sufficiant, ut & reliqua fere omnia
eius arbitrio committuntur, l. 1. §. prater-
ea, de questionib. praesumitur autem ini-
micus alicui, qui alias contra eundem in
causa criminali protulerit testimonium, c.
meminimus, de accusat. l. produci testes, de
testibus.
- ff** can. 1. vers. veletiam eos quos ipse, & cap.
fin. §. testimonium, 4. quest. 2. ca. fin. §. etiam, &
cap. item idonei, §. testes, §. testis, eadem 4.
questio. 2. ca. 1. ca. 2. ca. similiter, vers. vel
ad fines, ca. accusatores, 3. quest. 5. c. absens,
§. nec ad fines, 4. quest. 9. c. super eo, 22. cap.
in lites, 24. de testib. cap. forus, §. fin. de ver-
borum signific. cap. insinuante, de offic. de-
legat. l. parentes, l. quoniam liberi, de testib.
C. l. 6. 3. quest. 24. eodem titul. P. nisi testis
productus contra producentem vel alium
producentis familiarem, testimonium per-
hibuerit, can. 1. 3. quest. 5. aut nisi cogatur
de consanguinitate probanda, & matri-
monio contrahendo vel dissolucendo, ca. 3.
qui matrimo. accusar. poss. sic & serui con-
tra dominos, si alia non sit probatio admit-
tuntur, in can. fin. §. serui responso, 4. q. 2.
l. 7. de testib. P.
- gg** can. episcopus, §. fin. 12. q. 2. can. si. §. liber-
ti, 4. q. 2. l. 11. C. de testib.
- hh** can. fin. §. parentes, 4. q. 2. l. 5. C. de testib.
- ii** in re propria nullus est testis idoneus, can.
sane, 15. quest. 3. can. fin. §. nullus, §. omni-
bus, 4. quest. 2. l. 10. de testib. P. l. 9. C. eod.

- tit. sic nec creditur testi deponenti, si simili. **A** 6 Quoties produci possint.
 lem ei causam habeat. cap. personas, 20 de
 testib. c. causam qua, in 2. de iud.
7 Quomodo testes deponant.
8 Qua die examinari debeant, & quid, dum
 contrarii sunt.
- kk** l. 3. §. lege Iulia, de testib. can. 1. 4. q. 2. ca.
 forus, §. si. de verbor. signif.
- ll** can. fin. §. lege Iulia, 4. q. 2. l. 3. lege Iulia,
 de testib. P. aliquando tamen omnib. mu-
 lieribus dicendi testimonii ius negatum, ut
 ait Gellius lib. 6. c. 7. Et exstat Constantini
 lex 1. de raptu virginum in Codice Theo-
 dosiano, quam legem renouauit Leo 7^{mo}. **B**
 perator nouella 48. ne mulieres in con-
 tractib. testimonium præbeant. eo quod
 pudica honestati mulierum non conueniat
 in virorum oculos occurere; permittit au-
 tem in rebus peculiariter ad illas pertinen-
 tibus, quibus interesse viris fas non est, sua
 peculiaria virisque occulta testari, ut de
 partu, & si cui rei alii sola mulier adhibe-
 tur, ut & ad domesticum testimonium ad-
 hiberi potest, in l. 8. §. sexto. de repud. C.
- mm** vide c. forus, §. si. de verbor. signif. can. ex eo,
 can. de crimine, 15. q. 3. c. 3. coram literis,
 33. de testib. l. 18. eod. titu. P.
- nn** can. nullus unquam, 4. q. 4. neque qui in-
 dex vel assessor vel aduocatus fuit in ea-
 dem causa testimonium recte dicet. cano.
 statuendum, 10. q. 2.
- oo** can. sane, 15. q. 3.
- pp** §. 1. 14. q. 2. c. 1. de confess. unica, & ibi
 gloss. C. eo. tit.
- qq** can. 1. 4. q. 4.
- rr** can. quanquam, 14. q. 2.
- ss** c. cum esses, 10. de testa.

CAPVT V.

Quæ obseruanda in testibus,

- 1 Ne audiantur ante liti contestationem,
 quibusdam exceptis.
- 2 Sint vocati, & is contra quem produ-
 cuntur.
- 3 Item iurati, & de duplici iuramento eo-
 rum.
- 4 Forma probandi contenta in instrumen-
 to deperdito.
- 5 Quomodo testes interrogandi,

Generaliter, testes in causa non sunt
 producendi vel recipiendi, nisi lite con-
 testata, a præterquam si forte de morte te-
 stium, vel de absentia diuturna timeatur,
 vel vbi agitur de causa matrimonii, electi-
 onis, publicationis, inquisitionis, b vel de
 causa denuntiationis; c item in absentia a-
 ctoris, præsentem reo, recipiuntur testes, d
 & in causa hæresis post mortem rei, e & v-
 bi offenditur publicum commodum, f si
 persona est incerta, g & in aliis quibus-
 dam. h

Testes non debent ad testimonium di-
 cendum sponte se vltro offerre, sed vocati,
 & veluti inuiti debent deponere. i Vocari
 item debet aduersarius vel præsens esse,
 dum recipiuntur & iuramentum præstant
 testes. k

Non enim prius audiri vel examinari;
 in alterius debent præiudicium, quam iu-
 rauerint; l duplex autem iuramentum te-
 stium, nempe vt iurent se nõ priuato odio
 neque amicitia, neque pro aliquo com-
 modo quod habuerint, vel habent, vel
 habituri sint, ad hoc iurandum inductos,
 & sicuti ipsi dicunt, rei veritatem se dice-
 re, & credere se ita esse. m Neque excusa-
 bit a iuramento præstando, quod sint re-
 gulares seu religiosi, nisi a partibus iura-
 mentum remittatur. n Forma tamen iu-
 randi non est eadem in personis ecclesia-
 sticis, presbyteris, episcopis, ac aliis. Neque
 enim tenentur manus sacrosanctis euân-
 gelii admouere, sufficitq; si propositis scri-
 pturis manu ad pectus aduota iurant. o

E Qui voluerit contenta instrumento
 deperdito probare per testes, in primis
 probare debet tenorem instrumenti, de-
 hinc quod fuerit sine aliquo vitio vel su-
 spicione falsitatis. p

Debent autem examinari seu interro-
 gari

gari testes ieiuni de honestate, non tamen A
de necessitate, q̄ sigillatim seu separatim,
& diligenter. 7

Postunt vero ter produciante testatio-
nes publicatas & ante renuntiationem tes-
tium productioni, s̄ non autem quarto,
nisi solemnitate legali interueniente, &
ex causa. 7 Refrenanda tamen erit multi-
tudo testium. 2

Testes non debent per quamcunque
scripturā testimonium proferre, sed præ- B
sentes de his, quæ viderint & nouerint, ve-
raciter testimonium dicere. x Aliquando
potissimum in grauioribus & criminalib.
humilibus & abiectis testibus fides non
erit abhibenda sine tormentis. y Debet &
testis sui dicti reddere rationem, vt ei cre-
datur, cur id, quod dixerit ita sit. z Et de ea
re tantum, super qua productus fuerit. aa
Nec sufficit pro veritatis fide testi dicere,
se audiuisse ab aliis ita factum, vel ita se ha- C
bere, quod deponit, non enim de auditu
ab alio dictum, fidem facit ad aliorum fi-
dem relatum, bb nisi cura auditu alia acce-
dant adminicula, cc aut si agatur de anti-
quis, quæ quis se audiuisse a senioribus, a-
lioquin tamen fide dignis, dixerit. dd

Postunt examinari die feriata testes, ee
sunt & alia in testibus seruanda, quæ quo-
tidiana praxis docet per se, ff in quibus si
contrarii testes sunt, si fieri possit, redu- D
cendi erunt ad concordiam. gg

S C H O L I A.

a c. 1. & c. quoniam, s. vt lite non contestat.
non procedatur ad testium receptionem,
vel ad sententiam. lib. 2. tit. 6.

b dicto c. quoniam frequenter, vt lite nõ con-
test. cum siml. ibi per gloss. notatus. In hac
nihilominus causa citandus est aduersa-
rius, ad videndam productionem testium E
& eorum iuramentum. Gaylius disputat
li. 1. practicarum obseruationum obserua.
94 post Socinum ad d. c. quoniam contra,
nume. 1. 1. Summatim vero audiuntur te-
stes, antequam lis moueatur de causa, si pe-

riculum sit eos, non ad futuros, quando illis
opus erit, vt in dict. c. quoniam, & in l. lege
Aquila, 40. ad l. Aquil. P.

c c. nouit, de iudic.

d vt in cap. causam qua, de dolo & contuma.
authent. qui semel, C. quomodo & quan-
do iud.

e can. sane, in 2. 24. q. 2.

f ca. quia ea, 3. q. 5. can. quidam, s. q. 1. can.
2. 5. q. 2.

g Qua enumerantur per gloss. ad d. cap. quo-
niam, vt lite non contest. ad verbum, regu-
lariter.

h Toto titulo de testib. cogen. authent. rogati,
C. de testamen. qui enim se vltro offert non
vocatus aut rogatus, habetur vt dicunt sub-
ornatus & suspectus, argum. ca. illi, s. q. 5.
l. que omnia, de procur. P. nisi forsan for-
tuito testes in iudicio inuenirentur; tunc
enim absque citatione examinari possent,
vt Iason tradit in l. nec quicquam, s. ubi
decretum. nume. 27. de offic. proconsul. P.
quinimo & qui iurauit, se non dicturum
testimonium, potest cogi ad dicendum, ca.
intimauit, 18. de testib.

i cap. 2. de testib. sufficitque ibi vna citatio,
nec trina desideratur. At sine illa vna, non
valet examinatio, vt ibidem dicitur, & in
c. in nomine domini, de testibus, l. si quan-
do, C. eod. Alexand. consil. 79. volum. 2.
Non requireretur tamen citatio partis, si
testes ad instruendū tantum iudicem ex-
aminandi essent, Bald. ad l. si qua per calu-
mnam, ver. si. sed pone, de episco. & cler. C.
aut si grauiora essent crimina, quam re-
quiri aut admoneri reus debeat, aut si vo-
cationem partis nõ patiat ob breuiorem
dilationem, vt puta quia interim iurisdi-
ctio iudicis sit per iura, Oldrad. consil. 85.
& in quibusdam aliis, de quibus tractat
cumulate Felinus & Decius, ad d. c. in no-
mine domini.

k Testes sine iuramento prestituto non probant
contra alium, cap. de testibus, capit. nuper,
s. 1. cap. inis questionibus, de testibus. can.
fin. s. & prius, 2. q. 1. 4. can. penultim.

3. *questio. 9. l. 8. C. de testib. l. iurifurandi. A*
C. eod. can. si testes, §. item iurifurandi. 4.
q. 3. cano. hortamur, 3. q. 9. quantumuis
causa sit summaria, ut ait Imola ad clem.
sape, de verb. signific.
- l** *c. quoties aliqui, §. de testib.*
- m** *c. tuis questionibus, 39. c. nuper, §. 1. de te-*
stib. Remissio autē debet fieri expresse Fe-
linus ad d. c. tuis questionib.
- n** *ut tractant doctores in c. fin. de iurament.*
calumnia per authent. sed iudex, de episco. B
§. cleric. quanquam in dict. c. fin. dicatur,
clericos tangere debere sacras scripturas
iurantes; quod tamen hodie in usu non est,
§. solent tantum eis proponi, ut §. gloss.
tradit ad clem. 1. de homicid. ad clem. 1.
§. porro, de heretic. Speculator in titulo de
teste, §. 4. §. 7. textus in can. testimonium,
9. §. fin. 11. quest. 1. in Austria etiam §
Bavaria nobilibus permissum est, ut sine
corporali iuramento per scripturam depo-
nant, ut refert And. Gaylius lib. 1. practi-
carū observationum, observa. 100 nu. 2. 2.
- o** *cap. cum olim fuisset, 12. de privileg.*
lib. 5. tit. 33. §. ibi Panorm. §. Felinus, §
ubi ea ratione decem testes dicuntur exa-
minati facit l. testium, C. de testib. l. fin. C.
de fide instrum. Alexand. consi. 196. viso
testamento, volum. 2. Sit tamen aduer-
rarius furatus fuisset instrumentum, sufficit
probare amissionem, leg. si de possessione, de
probat. C. in odium furantis. Et aliquan-
do amissio instrumenti probatur per iura-
mentum eius, qui amisit, leg. fin. de fide in-
strument. ut §. aliarum rerum perditar-
um, l. si quando, C. unde vi. cap. fin. quod
metus causa. can. in primis, 2. quest. 1. vi-
de de his Guidonem Papaeum, decis. 244.
incip. quispiam in causa propria.
- p** *cap. 1. in fin. §. ibi gloss. de testib. cano. pla-*
cuit, 4. q. 2.
- q** *c. venerabili, §. 2. de testib. l. nullum, C. eo.*
circumstantiis causa diligenter inquisitis,
c. cum causam, 36. eod.
- r** *clem. 2. de testib. cap. iuravit, 6. de probat.*
cap. cum venisset, 25. §. questiones, de te-
- stib. §. quia vero, nonella 90. in curiata-*
men. Romana §. aliis supremis alibi, ex
gratia interdum articuli §. testes admit-
tuntur §. probationes, §. ante §. post con-
clusionem in causa. Egid. Bellamera,
conclus. 447. incip. articuli, de probatio.
§. conclusionem 745. de restitutio. in integ.
Rota decis. 448. nota quod, in antiq.
- s** *cap. in causis, 5. cap. significaverunt, 36.*
capit. cum causam, 37. §. cap. constituit,
40. cap. ultra, 55. de testib. Hodie unica
dilatatio datur in Gallia ad producendos §
examinandos testes; §. secunda cum cau-
sa cognitione, tertia vero dari non solet et-
iam ex rescripto principis pro eo impetra-
to, ex constitutione Francisci 1. Regis Gal-
liarum in novis, articulo 31. 33. 34. 35.
- t** *c. cum causam, 37. de testib.*
- v** *Hoc est, testes viva voce presentes, non per*
scripturam absentes, testimonium dicere
debent, cap. 15. testes, 3. q. 9. cap. fin. §. alte-
ra est, 4. q. 2. can. relatum, §. unde cano-
nica, 5. q. 2. cap. tuanos, 8. §. si vero publi-
cum, vers. cum non sit, de cohabita. cleric.
§. mulier. c. a nobis, 2. qui matrim. accusa-
re possunt, leg. 3. §. idem diuus, de testib. P.
faceret tamen presumptionem scriptum te-
stimonium, dict. cap. 2. qui matrim. accus.
poss. disputat Felinus ad cap. de testib. nu.
7. an per scripturam testes deponere pos-
sint, §. tenet, quod non, limitat tamē quin-
que modis. Sed §. in Bohemia §. vicinis
provinciis in Austria §. Bavaria receptū
est, maxime in nobilium personis, ut sine
corporali iuramento per scripturam obsi-
gnatam deponant, ut diximus referre An-
dream Gaylium, lib. 1. practicarum ob-
servacionum, observa. 100. de consensu et-
iam iudicis, vel commissarii testis litera-
tus potest dictum suum redigere §. trade-
re in scriptis, iuxta l. discretis, C. qui testa-
facere poss. aliter absque eo consensu, non
potest arg. l. de minore, §. tormenta, de que-
stio. P. notat §. Massuerius titul. de testib.
nume. 40.
- x** *can. in testes autem, 2. q. 1. cano.*
fin.

fin. §. si autem rei, 4. q. 2. l. 2. §. si eare, A b
de testib. P.
7 c. fin. §. salam, 4. q. 2. l. 3. C. de testib.
2 cap. de testibus, 29. ubi distinguitur, de
testib.
aa c. pratorca, 27. c. tam literis, 33. de testib.
can. in primis, §. sed & de personis, 2. q. 1.
c. testes, 3. q. 9.
bb d. c. praterca, vers. vel etiam de auditu, de
testibus.
cc vi in can. de parentela, 35. q. 6. §. ibi gloss. B
in verba audisti, §. c. licet, 47. de testib. l.
1. §. item Labeo, de aqua pluvia arcen.
dd Veluti quod examinatores debent inferere
testium depositionibus nomina & cogno-
mina eorum, cuiusque sint status & digni-
tatis, num clerici aut laici, an artifices, &
quod fuerint producti & iurati pro tali &
super tali articulo, contra tale adornati de
mandata talis iudicis, iurati in presentia
aduersarii iuxta l. si quando, C. de testib.
ita seruatur ut notat Massuerius in praxi
tit. de testib. num. 11, de hoc & in clem. 1,
de offic. deleg.
ee l. 2. de contractib. iudicum, C. c. cum nobis,
de testi. iuxta l. in exercendis, Cod. de fide
instrum.

CAPVT. VI.

- 1 Coram quibus producti & audiri debeant
testes.
- 2 De confessione extraiudiciali.

TEstes producendi & audiendi coram
iudice, qui de causa cognoscit; a vel si
qui sint ex his valerudinarii, senes vel de-
bilitate confecti, aut paupertate nimia op-
pressi, ita ut non possint ad personam iu-
dicis adduci, mittuntur ad ipsos personæ
idoneæ & discretæ. b

- 3 Confessio tamen extra iudicium facta
a parte, aduersario absente probat semi-
plene tantum. c

SCHOLIA.

a c. cum olim propter, 1. q. 1. §. si iurim autem,
de primis.

c. si qui testium, 8. de testib. l. ad egregias,
de iureiur. P. deputatur interdum iudex
loci, ubi testes sunt per iudicem. cause, ut
eos recipiat & interroget, & dicta illorum
sigillata ad illum remittat, §. & quoniam
sancimus, vers. multa, de testib. in nouell. l.
iudices, 17. & authent. apud eloquentissi-
mum, de fide instrum. l. 3. §. item diuus, de
testib. P. c. constitutus, 3. §. praterca, de fi-
de iuss. in auth. apud eloquentissimum id-
ipsum non permittitur in criminalibus in
quibus dicitur, testes esse representandos,
& cum res exegerit tormentis subieci-
dos. Receptio testium iurisdictionis est, ex-
aminatio vero est facti, que potest com-
mitti notario, & fieri quando cunq; extra
iudicium, ut not. in c. cum Bertholdus, de
sent. & re iudic. clem. 2. de iudic. Rota de-
cis. 88. nota si in remissione, in antiq. in
c. fin. de success. ab intesta.
c l. certum, §. si quis absente, de confes. l. capi-
te, 5. de adult. P. l. quaro, de adul. edict.

CAP. VII.

- 1 De cogendis testib. ad testimonium.
- 2 Quod temere euocandi non sunt.
- 3 Quod sacerdos nullo modo cogatur sibi cō-
fessa reuelare.

TEstes si vocati sponte noluerint testi-
monium perhibere veritati, cogi pos-
sunt a iudice ordinario vel eius delegato
seu commissario, a propter publicam vti-
litatem; ne veritas occultetur, b maxime si
testimoniū testis contumacis necessarium
sit, in eaque causa clericus poterit per sen-
tentiam excommunicationis & deposti-
tionis compelli. c Et quamuis iure civili
quidam non cogantur inuiti dicere testi-
monium, ut senes, valerudinarii, milites,
magistratus, d & alii, e tamē Pontificio co-
guntur, vel coram iudice euocati, vel co-
ram persona ad illos missa, f si veritas ali-
unde haberi nequeat. g

Cauendum tamen, ne temere, & nisi ex-
gente causa testes euocentur, h & ut iu-
tus euocandis a producente dentur, alio-

GGGG

quin enim venire non tenentur. *i* Sed & puniendi sunt, qui testes testimonium dicere, vel ad examen venire impediunt. *k*

Attamen cogi non poterit sacerdos testimonium dicere de re sibi in confessione reuelata; quia non tanquam homo, sed tanquam Deus sciat; prohibitumque sit adiectis pœnis, detegere sibi commissa seu confessa, vel verbo, vel signo, expresse vel tacite. *l*

S C H O L I A.

- a* cap. 1. 3. 4. 7. 8. 9. 10. de testib. l. si quando, iuncta anthen. sequen. de testib. §. praterea, noui. 90.
- b* can. quanquam, 14. q. 2. cum veritatem occultare sit mortale peccatum, can. quisquis, 11. q. 3. cap. 1. de testib. & ibi gloss. ad verbum occultent; item quia munus publicum est & necessarium testimonium perhibere, ad quod quis inuitus compellitur, l. cum ab inuito, quem admod. testam. aperia. & ibi gloss. ad verbū cogat. l. si quis, eo. tit. Spec. ad in. de teste, §. sequitur, nu. 6.
- c* cap. 2. §. 6. de testib. c. 1. 2. & fin. de testib. cogen.
- d* can. si testes, 3. §. inuuit, 4. q. 2. l. inuuit, §. l. 3. §. fin. de testib.
- e* De quib. in l. lege Iulia publicorum, 4. & l. in legib. §. de testib. P.
- f* tit. de testib. cogen. cap. si qui testium, 8. de testib. idq. secundum canones potius propter peccatum, quod inest occultationi veritatis, can. quisquis, 11. q. 3. cap. 1. de fals. c. nouit, de ind.
- g* c. peruenit, 5. de testib. alioquin non coguntur dicere illi, qui enumerantur in can. si. cum suis §§. 4. q. 2. ut aduersum sponsum filia, l. 5. de testib. neque cogitur libertus testari contra patronum, l. 11. C. eod. non publicanus, l. 19. eod. in. P. pupillus, ead. l. 19. qui est de domo aduersarii, l. 6. C. de testib. qui clericus est vel ecclesiastica persona, can. statutū, 2. q. 6. facit can. si. 14. q. 6.
- h* c. statutum, 11. §. proferendo, de rescript. in Sext. l. 3. §. testes, de testib.

A i d. c. statutum, §. proferendo, versic. sed nec tunc, de rescript. in Sexto. can. fin. §. liberi testes, 4. q. 2. l. 10. C. de testib.

k cap. cum causam, 37. §. quod si forte, & c. constitutis, 45. de testib.

l cap. si sacerdos, de offic. ordinar. ca. omnis viri/que sexus, §. final. de pœnitent. & remiss.

C A P V T V I I I.

- B i* De effectu testimoniorum, quod probent cum sufficiente numero.
- 2 Numerus ordinarius duorum vel trium.
- 3 Non vnus, nisi in quibusdam.
- 4 In quibus plures testes quam duo exigantur.
- 5 Singularis non probat nec reiecti, & quomodo crimina testi obiecta punienda.

SECUNDUM TESTIUM dicta iudicandum est, nisi aduersarius contrarium probet. *a* Quia quādo sufficiens est testimonium non reiectorum numerus, fides eorum testimoniis adhibetur. *b*

Quis autē numerus requiratur, ut plerunque in negotiis adiicitur; qui tamen si non sit definitus, in ore duorum vel trium stabit omne verbum. *c*

Vnius autē vel singularis testis dictum, communiter non probat in alterius præiudicium; *d* si vero nulli noceat, profit autem alicui, poterit admitti, ut si quis dicat aliquem baptizatum, vel ecclesiam consecratam, *e* si quis velit per suum confessorum se egisse pœnitentiam, probare. *f* Et in aliis quibusdam. *g* Atque soli dicto Cardinalis aliquando sic creditur, & alterius alicuius insignioris qualitatis personæ sine præiudicio tamen alterius, & extra iudicium. *h* Alioquin ad testimonium vnus etiam episcopi, nemo est condemnandus, *i* nisi speciali quadam iuris decisione idiplum inueniatur. *k*

Plures testes quam duo in quibusdam negotiis exiguntur, ut in præiudicibus & prælatis Romanis damnandis, Syluester exigit septuaginta duos; *l* in Cardinali presby-

presbytero quadraginta quatuor; in diacono Cardinali, viginti septem; in subdiacono, acolyto, exorcista, lectore, ostiario, eiusdem ecclesie Romanæ septem. In testamentis nuncupatiuis secundum leges requiruntur quinque: *m* in solemnibus, septem, *hiq*; subscripti; *n* iure pontificio tres, *o* & ad pias causas duo. *p*

Testes porro singulares non probant, *q* insuper notandum erit testes reiectos ob obiecta illis crimina & probata, ultra reiectionem, ideo non puniri pœna ordinata, vel infamia ob eadem crimina. *r*

S C H O L I A.

a c. tertio loco, de prob. l. illicitas, §. veritas, de offic. presbyt. P.

b cano. fin. 4. quæstio. 2. l. 3. l. 2. §. si testes, de testib. P.

c leg. ubi numerus, de testib. P. can. 1. 2. q. 4. can. fin. §. ubi numerus, 4. q. 2. Deut. c. 27. dicitur Ioan. c. 8. & cum duobus testib. accusari clericus potest, c. 1. 2. q. 4.

d Vnus testis solus vel singularis non probat, cap. veniens, 10. §. fin. cap. licet, 28. cap. licet, 47. §. nec tamen, de testibus. can. fin. §. vnus vero, 4. quæstio. 2. can. fin. §. quod autem, 35. quæstio. 6. & in princip. 33. quæst. 2. vers. per vnum hominem, in can. Apostolorum, 74. l. iur. iurandi, C. de testibus. vnus tamen testis omni exceptione maior, semiplene probat, vt aiunt interpretes ad l. admonendi, de iure iur. P. vide & quando semiplena probationes exigantur ad plene probandum, decis. Matth. de Affli. 12. & decis. 337. incip. in causâ, & c. per gloss. ad d. l. admonendi, & l. in bona fidei, de iud. C. & c. si. de iure iur. ait, ibid. de Affli. famam inducere semiplenam probationem, & cum vno teste in causis civilibus inducere plenam, vt tenet gloss. ad c. 1. de appell. & ad §. item sepe, 4. q. 3. Cyn. in l. fin. C. de testib. & in l. 4. C. de proba. Tamen Bald. ad c. veniens, in 1. de testib. ait, nos debere considerare, ex quib. fama acciperit originem, & an multum urgeat, an non.

e can. paruulos, c. cum itaque, de consecrat. distinct. 4.

f ca. nemo, de simonia, vt in c. testimonium, 54. de testib.

g Quemadmodum in specie l. Theopompus, de dote prelegat. P. si testator commiserit alicui voluntatē suam referendam: item si abellio testificetur, vt in l. si quis decurio, C. ad l. Cornel. de fals.

h vt can. nobilissimus, 97. dist. ad presumptionē quoq; facit cuiusdā insignis viri testimonium, vt in can. tanta nequitia, 24. & sibi notat glo. 86. dist. in can. talia, 8. q. 3.

i in tota 6. q. 2. ca. testes, §. sequi, vers. vnus, 4. quæst. 3.

k Vt in c. ex literis, de integ. restit. in c. ex insinuatione, de procur. cap. fin. quod met. caus. c. in omni, de testib.

l can. presul, 2. & seq. 2. q. 4.

m c. cum esses, 10. de testa. l. hac consultissima, C. eod. tit.

n dictis proxime iurib.

o d. c. cum esses.

p c. relatum, 11. de testam.

q Singulares dicuntur testes, vel in quantitate, vt si vnus de media, alius de tertia dicat parte. Bald. in l. testium, C. de testib. ca. licet causam, de probat. c. bona, de electio. vel in facto, & loco, vt si vnus dicat Tholosam, alius Lugdunum factum, & sic de similib. si discordant in tempore personis, & c. ad probandum, quippe actum, duo testes ad minus testes requiruntur, cap. licet ex quadam, de testibus. l. iur. iurandi, C. eodem. tit.

r c. cum dilectus, de ordine cognitio.

C A P V T IX.

1 De falsis testib. & pœna eorum.

2 De sententia ex falsis lata.

E Vi falsum testimonium corrupti muneribus ferunt, Iudæ crimen imitantur, & proditorum veritatis. a falsum testimonium ferēs, ab omni testimonio in posterum erit remouendus, & secundum leges infamis fit. *b* Qui vero conuictus fuerit alios

ad falsa testimonia attraxisse, vel corruptione sollicitasse, vsq; ad exitum vitæ non debet communicare. *c* Aliter vtrisque & falsis testibus & sollicitantibus imponitur pœnitentia ieiunii in pane & aqua quadraginta dierum, & alia septem sequentium annorum. *d* Si quis ex reuerendissimis aut presbyteris, aut diaconis, inuentus fuerit pro pecuniaria causa falsum dixisse testimonium, sufficere debet, vt pro verberibus separentur a sacris ministeriis, & tradantur monasterio; pro criminalibus autem, si falsum dixerint testimonium, clero nudati, legitimis pœnis subdi debent; reliqui autem ecclesiasticorum ordinum, pro falso testimonio in ciuili causa dato, ab ecclesiastico gradu repelli, & verberibus subiici. *e* Falsidicus testis, tribus personis est obnoxius; *f* primum Deo, cuius personam contemnit; inde iudici, quem mentiendo fallit, postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Vterque autem reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. *g* Quamobrem quia falsus testis Deum offendit, pœnitentia ei iniungitur, pro periurio, septem annorum. *h* Et quia delulit iudicem, infamia notatur, *i* verberibus castigatur, *k* aliiisque pœnis extraordinarie pro modo falsi punitur; *l* in quo autem proximum læserit, in eo & ei condempnabitur. *m*

Atque sententia per falsa instrumenta & testimonia lata, debet retractari falsitate detecta, vsq; ad viginti annos; *n* nec debet mandari executioni, si de illa falsitate aduersus eam excipiat, *o* habebitur tamen pro sententia quoulsque constet de falsitate. *p*

SCHOLIA.

a *can. abiit Iudas*, 83. sub 11. quest. 3. diuus Thomas, lib. 1. de regimine principum, c. 7. dicebat inter omnia terrena videri esse precipuū, testimoniū de veritate reddere.

A b *can. si quis coactus*, can. 7. 22. q. 5. ex concilio Matifconensi. c. 17.

c *d. can. si quis conuictus*, & Gelasius Papa, in can. 4. si quis peierauerit, 32. q. 5. Qui etiam vsus est falsis testibus, vel interrogatus dixerit, se velle vti eorum testimonio, iure causa sua cadit, vt qui responderit falsis instrumentis, se velle vti, Matth. de Afflict. decif. Neapolitana 189. incip. facta publicatione, num. 4. iuxta l. si aduersarius, C. de fide instrum.

B d *can. si quis peierauerit*, 22. q. 5.

e *can. quia iuxta*, 3. §. 5. q. 6. in c. 20. §. reuerendissimis, nouel. 120. de sanctis. episc. aut presbyteris, C. de episc. & cler.

f *Hec & quæ sequuntur posita sunt in ca. 1. de crimine falsi. lib. 5. tit. 20.*

g *dict. c. 1. de crimine falsi. & can. quisquis*, 11. q. 3.

h *can. quicumq;*, 6. q. 1.

C i *can. quisquis conuictus*, 12. q. 5.

k *can. illi qui*, 5. q. 5.

l *Nā durante lite, index potest esse falsum punire, l. nullū, C. de testib. & causa etiā finita potest fieri lege Cornelia, de falsi. l. 1. ad l. Corn. de falsi. P. & aliquando quoq; l. Corn. de fide. accusatur, l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fide. P. & punitur conatus seu falsum testimonium, etsi ad illud nihil fuerit secutum.*

m *Argum. can. nihilominus*, 3. q. 9.

D n *c. c. m. venerabilis, de except.*

o *cap. 2. de crimine falsi. l. si prator, de iudic. P.*

p *cap. accepimus, de fide instrum. quia nisi manifesta sit falsitas, non poterit suspendi executio secundum distinctionem, ca. pastoralis, de offic. deleg. & ca. de catero, de de sent. & re iudic. semper enim presumitur pro sententia, quandiu obiecta non probantur.*

E DE FIDE INSTRV-

MENTORVM.

TIT. XII.

a *Exstat titulus de fide instrumentorum, lib. 2. decretalium, c. 22. & lib. 22. P. tit. 4. de fide instrum.*